



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CLXVI. Ioannis Papae VIII. Ad VVibertvm Episcopvm. Arguit eum,
quod bis vocatus ad se venire neglexerit. praecipit vt veniat obiectis
responsurus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

Excommunicat eos, quia monialem e monasterio rapuerant.

Liudtefrido comiti & coniugi suæ.

QVIA contra diuina, & legum præcepta temerarie agere non erubuitis, ita vt calcato Dei timore Garelindam sacro velamine tectam, & in monasterio Angelbergæ dilectæ filiæ nostræ imperatricis Augustæ, sub professione regulari diutissime conuersatam, quod Placentiæ situm est, abstrahere fraudulentissima suasionem ausi fueritis; tam diu te, tuamque coniugem auctoritate sancti Spiritus Domini nostri a corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi separamus, & a consortio Christianitatis, donec prædictam feminam Garelindam, loco vnde deganastis, restituatis. Quod si hoc neglexeritis, anathematis vos vinculis innodamus. Data vt supra.

Arguit eum, quod bis vocatus ad se venire neglexerit, præcipit vt veniat obiectis responsurus.

Reuerendissimo & sanctissimo Vviberto venerabili episcopo.

IAM enim sanctitati tuæ bis misimus vt ad nos venires, sed ignoramus qua temeritate non obedias: itemque mittimus, vt omnibus tuis posthabitis feriis, ad nos præfentialiter acceleres: quoniam multi supra te reclamant, maxime hic senex, qui ob hoc iam Romam venit pro suo monasterio. Ceterum sapias, si venire distuleris, te excommunicandum, si perseueraris in tua * etiam a commu-
nitione alienandum. Data vt supra.

* forte
desse
obstina-
tionem.